

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra ag cum uariis

Sacra scriptura omnes sciencias locutionis sue more transcendit quia in uno eodemque sermone, dum narrat textum, prodit misterium. Et sicut misteriis sapientes exercet, sic superficie simplices refouet. Habet enim in publico unde paruulos nutriat, et seruat in secreto unde mentes sublimium admiratione suspendat. Quasi quidam fluius ut ita dixerim, planus et altus, in quo et agnus ambulet et elephas natet. Mirabilis fluius est iste qui est ita planus quod ibi agnus, id est simplex et illitteratus, potest siccis pedibus transire, et elephas, id est magnus et subtilis, posset natare, immo posset se submergere.

Gregorius in prologo moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Scriptura sacra ag] Scriptura sacra ak P V¹ V² L¹ L²; sciencias] sciens L²; seruat] seruet L²; suspendat] suspendit M; siccis] sictis (*cor. intra*) C; posset natare] natare posset (*cor. intra*) M; natare] narrare (*cor. intra*) B; posset natare immo posset] potest natare immo potest P V¹ V² L¹ L²; moralium] piorum M